17. Famuli canonicorum aliorumque paragrapho primo dictorum, etiamsi opifices fuerint vel cives, si tamen totam artem suam opificiumque in privato domini servitio apud eum manentes pro certo stipendio sine alio emolumento vel etiam onere civico impenderit et quod si opificium vel artem non calentes tota illorum practica fuerit servire domino, ad cathedralem spectabunt.

18. Supradictis autem inservientes opifices vel non opifices, si praeterquam quod famulentur domino ea tamen quae norunt opificia vel alia civilia in propriis vel conductis domibus, publice sicut cum onere, emolumento atque privilegio civili, ita etiam cum dependentia a magistratu quoad haec exercuerint, tales ad s. Paulum spectabunt. Non secus ac illi cives et opifices, qui concedente aliquo canonico in illius aedibus exercitio artis opificisque cum emolumento privilegioque civili in ordine ad publicum fruuntur, non aliter quam in aedibus vel civilibus vel propriis alibi morarentur.

19. Viduae officialium tam curiae nostrae episcopalis quam capituli stipendiatorum sive civium sive non civium parochiam mariti sequantur, idest cathedralem, quamdiu scilicet se civibus non applicuerint. Quod siquidem mariti vestigiis inhaerentes non novis quidem

illis tamen civilibus potitae fuerint, ob quae maritus civitati non habita ratione officii curialis sive capituli ut cives adscribi debuit, ad parochiam s. Pauli illae recurrent. :

20. Caeteri omnes, sive cives sive incolae, doctores iuris et medicinae, advocati et procuratores quomodocunque practicantes, etiam iuramento curiae nostrae episcopali adstricti, nisi tamen salarium, uti procurator fisci (qui sub cathedrali est, quamdiu officio praefuerit) non habuerint, cum eorum familiis ad s. Paulum pertineant.

21. Horum autem et quorumcunque supradictorum filii studentes vel non studentes, eandem cum parentibus observabunt parochiam, nisi fortasse sub aliqua ex praefatis declarationibus contineantur.

22. Seminaristae et in eadem domo convictores nobiles et non nobiles indigenae vel extranei cuiuscunque status vel conditionis, quamdiu ibidem morabuntur, cathedralem sequentur.

23. Cum studiosis autem advenis et extraneis cuiuscunque status et conditionis eadem omnino quae cum caeteris advenis et peregrinis supra paragrapho „Advenarum“ et paragrapho „Huiusmodi autem“ definitum est, ratio habeatur.

24. Caeterum quod si repentina et urgens valde necessitas sacramenta administrandi ea in parochia, in qua pro tempore parochus vicarium non habens abesset, ingrueret, citraque periculum grave expectari non posset, damus in hisce periculosis occasionibus utrique parochi tam s. Pauli quam cathedralis ecclesiae facultatem potestatemque in alterius curae parochialis districtu ea tunc administrandi sacramenta, quae urgens illa necessitas in absentia proprii pastoris sine mora requisierit.

25. Quod si vero ut quandoque solet accidere contingeret repentine in parochiae cathedralis districtus domo vel habitatione aliqua parochianum vel parochianam s. Pauli aut e contra intra limites s. Pauli cathedrali ecclesiae alias addictum vel addictam mori, de vita periclitari proindeque viatico, extrema unctione aut alia pro qualitate accidentis non habito tempore propria repetendi sacramentorum administratione opus haberi, tunc non habita ratione limitum ad illius spectabit in tali causa iurisdictionem ecclesiae persona huiusmodi, ad quam in propriis constituta aedibus et parochia pertinuisset.

26. Quandoquidem autem decisione praesenti omnem dubitandi ulterius con[tra]vertendique materiam occasionem et ansam, non solum hisce parochis inter se, sed et cum aliis aliarum civitatum Ilcensis et Oenanae, ut forte ob limites quandoque accidere posset, praescindere conamur. Ideo saepedictae parochiae cathedralis et s. Pauli intra huius civitatis proprie Passaviensis, in qua sitae atque erectae, contenta, una tamen cum suburbio Anger, quod ad s. Paulum et Erentobel, Häckhelberg eaque circumvicinia, quae iure veteri ad cathedralem spectat, limites et terminos constituimus atque definimus adeo, ut etiamsi curiae vel capituli officiales etiam stipendiati aliique quicunque supranominati de ordinaria residentia stabilique aut ad tempus, ut advenae in una ex dictis civitatibus eorumque spiritualis curae districtu

habitaverint, illi illius civitatis parochum tanquam proprium ordinariumque pastorem pro animarum suarum remedio agnoscere debeant.

27. Denique quod ad matrimonialia attinet, ne et hac occasione quaestiones oriri possint, volumus, prout et antiquitus determinatum est, si inter personas diversarum parochiarum contrahantur matrimonia eum in sponsalibus praesentem debere esse parochum, cuius curae sponsa subest, solennizatio nuptiarum autem illa fiat in parochia, quam vir vel sponsus pro tempore sequitur.

28. Et haec atque singula toto decisionis contextu, atque tenore contenta, inviolabiliter, accurate et ad amussim a parochis pro debito eorum observari volumus, adeo, ut nulli partium per se vel quovis quaesito colore aut praetextu commentando, interpretando sub poena sexaginta florenorum auri de camera hisce contraeundo quidquam attentare omnino liceat, occurrente enim dubio ampliorique necessaria alicuius vel aliquorum paragraphorum declaratione cum nobis et nostris successoribus plenam omnimodamque explicandi, statuendi proque temporum varietate necessitateque aliter sancita, mutandi determinandique reservemus et reservaverimus semper auctoritatem ad nos diotose successores nostros pro resolutione quorumvis haesitationum declarationis remedio in difficultatibus tanquam ad eorum superiores arbitros et arbitratores illis erit recurrendum.

29. Cuius nostrae intentionis decisionisque saepius memoratae tenorem ne partes sibi debite non intimatum pro excusatione sui quandoque praeferre erroresque ignorantiae voluntatis nostrae excusare possint ac valeant praesentes maiori sigillo nostro officialatus munitas manumque propria subscriptas in huius rei fidem utriusque parochi litteras pro norma certaue functionum parochialium in similibus regula tradidimus. Datae in civitate nostra Passaviensi die 25. mensis Aprilis anno millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo.

Trotz dieser erneuten Regelung der beiderseitigen Rechte nahmen die Streitigkeiten zwischen den Pfarreien des Domes und von S. Paul kein Ende. Über eine Reihe von Fragen, die in der „*Decisio Thuniana*“, wie die Verordnung vom 25. April 1672 in den Akten meist genannt wird, unentschieden geblieben waren¹⁾, kam schließlich

¹⁾ Auf eine Anzahl solcher Fragen weisen die in dem Akt S. Paul Fasz. 3, Blatt 21 ff. des Ordinariatsarchives niedergelegten Ausführungen hin. Dort wird z. B. eingewendet, § 1 der *Decisio* sei unklar, da er nicht sage, unter wessen Jurisdiktion jene bischöflichen Beamten stünden, die ihr Amt aus irgendeinem Grund resigniert hätten; sie könnten nach § 20 zur Pfarrei S. Paul gerechnet werden, was sicher nicht beabsichtigt sei; auch lasse sich nicht ersehen, welcher Pfarrei jene Verwandten von *officiari et alii salariati ecclesiae ministri* angehörten, die diese *in victu vel etiam ut hospites habent*. Zu § 14 wird bemerkt, er begünstige S. Paul auf Kosten

3. ein Vergleich zwischen den beiden Pfarrern zustande. 1698 Mai 13.¹⁾

Per commissionem coram officio ecclesiastico habitam inter parochum ecclesiae cathedralis et parochum civitatis super decisione iurium parochialium antehac facta et controversiis novis desuper exortis die 13. Maii 1698 fuere tractata et concordata ad ratificationem Celsissimi sequentia.

1. Cum ad § 1. et 2. allegatae decisionis mota sit quaestio, an officiales, sive minister curiae aut capituli resignato officio adhuc subsit ecclesiae cathedrali? Item si talis non resignato quidem munere suo, impotens tamen id per se ob infirmitatem vel aliam causam exequendi, alium substituat, utram parochiam sequi debeat substitutus? Ea sic dirimitur, ut resignans quidem subsit ecclesiae, cui suberat ante aditionem officii vel hactenus subfuisset, si officium plane non habuisset; substitutus vero sequatur parochiam substituentis, tanquam sui principalis.

2. Ad § 3. decisionis, quo statuitur, officiales, qui simul etiam cives sunt, quamdiu in suis officiis permaneant, cum uxoribus et liberis quidem pertinere ad cathedralem; famulitia vero eorum, et hospites aliosque incolas ad ecclesiam s. Pauli, cum huiusmodi dismembratio familiae ab hero, ceu disiunctio membrorum a capite visa sit hactenus inconcinna et in administratione sacramentorum ac provisione unius corporis familiaris ex duabus parochiis satis inconveniens, placet imposterum, familiam adhaerere suo patrifamilias, ita ut quam parochiam agnoscit hic, eandem sequatur et illa.

3. Circa § [14.] Huiusmodi autem etc. cedit parochus civitatis parochus cathedrali omnes advenas et peregrinos nobiles natalibus sive sanguine tales, cum suis uxoribus, liberis, hospitibus, et famulitia, licet extra aulam episcopalem et aedes seu residentias canonicales, in aliis domiciliis quibuscunque totius civitatis diversorium vel habitationem suam constituent, caeteris tamen, qui nobiles nati non sunt, cum uxoribus, liberis, famulis et hospitibus suis cuiuscunque conditionis aut status sub cura et provisione s. Pauli permanentibus. Et sicut

4. omnes officiales, praefecti, iudices, scribae, aut quovis alio nomine aut munere censeantur eorumque uxores, liberi, famuli famulaeque sive ab aula sive a capitulo dependentes ex oppidis, pagis et arcibus extra civitatem adventantes et in hac divertentes aut hospitantes tam nobiles quam ignobiles, dummodo in actu salariati et in officiis suis existant, ad ecclesiam cathedralem pertinent, ita e contrario

des Domes, weil er sich auf alle *advenae* beziehe ohne Unterschied des Standes und der Person, während doch die *nobiles ubique privilegio fori gaudeant*; es könnte bei den *advenae* und *peregrini* eine Unterscheidung getroffen werden, ob sie mit *consanguinei* oder *cognati* zusammenwohnten oder nicht u. dgl. mehr.

¹⁾ Ordinariatsarchiv Passau: S. Paul, Fasz. 3, Blatt 74f.

5. omnes ministri tam curiales quam capitulares dicto modo salariati, qui simul sunt cives tam intra, quam extra urbem, et iure civico gaudent, deinceps una cum suis uxoribus liberis et familia curae s. Pauli adhaerebunt. Et quia

6. specialis litigii ansam dederunt utrique parochi consanguinei et affines aliique propinqui parochianorum in civitate degentium, illud ita componendum videtur, ut si huiusmodi personae hospitentur, aut habitent cum suis consanguineis et affinibus civitatis propriis ipsarum sumptibus sortiantur parochiam pro qualitate status ac conditionis suae iuxta num. 3. et alios supra, censeanturque eo modo et iure, ac si consanguinei vel affines non essent. Quod si vero non ex proprio, sed ex liberalitate aut mercede ipsius patris aut matris familias vivant, censeantur esse de familia sequanturque parochiam capitis familiae ut supra num. 2. dictum.

7. et denique in reliquis omnibus, quae hic expressa non sunt, statur antiquae decisioni et obtinet haec vigorem suum, quo fuit ante hanc novam compositionem.

Meinungsverschiedenheiten blieben indes trotz aller Verordnungen und Vereinbarungen auch in der Folgezeit nicht aus.¹⁾ Endlich bereitete Bischof Joseph in den achtziger Jahren des 18. Jahrhunderts den fortgesetzten Reibungen und Irrungen ein Ende, indem er die beiden Personalpfarreien aufhob und die Dompfarrei von der Stadtpfarrei S. Paul durch eine feste Linie schied²⁾, nicht ohne Widerstreben vor allem der Bürgerschaft³⁾, und ein paar Jahrzehnte später schlug ein Stadtpfarrer von S. Paul vor, beide Pfarreien samt einer anstoßenden dritten, S. Nikola außerhalb der Stadtmauern, zu einer einzigen Dompfarrei zu vereinigen.⁴⁾

Zu der Dompfarrei und der Stadtpfarrei S. Paul kam im mittelalterlichen Passau noch eine dritte Personalpfarre bei der am östlichen Ende der zwischen Donau und Inn gelegenen Frauenabtei Niedernburg.⁵⁾ Über sie erfahren

1) Vgl. etwa Ordinariatsarchiv Passau: Dom, Fasz. 1 und 2.

2) Ebenda Dom, Fasz. 23, besonders Blatt 1—4, 17, 44, 51.

3) Eine Reihe hierauf bezüglicher Schreiben aus den Jahren 1784 und 1787 in Dom, Fasz. 23, Blatt 22f., 38, 42, 57f., 62.

4) Ordinariatsarchiv Passau: S. Paul, Fasz. 22, Blatt 56. Er meint, das müsse so leicht sein „als es möglich ist, eine große Viehherde in einem und demselben Stall unterzubringen, wenn er nur mit hinreichendem Raum nach Maß der Individuen hergestellt und versehen ist“.

5) Niedernburg, wahrscheinlich eine agilolfingische Gründung, ver-

wir aus einer im Kgl. Bayer. Allgemeinen Reichsarchiv zu München¹⁾ ruhenden Urkunde vom 25. Februar 1344 — eine darin erwähnte ältere Festsetzung konnte bisher leider nicht aufgefunden werden — folgendes:

Wir Gotfrid von gotez gnaden pischolf ze Pazzawe tûn chunt allen den di disen prief sechent oder lesen hörnt, daz wir und mit unserz erbfridign capitel wol verdachten mût den chrieg, der gewesen ist czbischen den chlosterfrawen von Nidenbüch an aim tail und dem pfarrer von sand Pauls an dem andern tail wericht haben umb di sach, di hernach wescribn sind: also daz der pfarrer von sand Pauls und alle sein nachchommen schol dhain recht nicht habn und dhain heilichait nicht raichen den amptleiten, die da pfrünt habnt von dem vorgeantanten chlaister und allem irn gesind, daz si habnt in irm prôt; wann si den vfr herren daz unser frawen undertanig schuln sein mit allen pfarleichen rechten. Swaz aver inleyt oder gest sind, wonunt in den heûsern, da die vargenantanten amptleit inn sind, di schuln fürbaz ebichleich mit aller gehorsam und mit allem pferleichen rechten gehorn hincz sand Pauls. Swer auch erbelt grebnusse ze Nidenburch, den schol fürbaz, swer pfarrer ist diweil dacz sand Pauls oder sein anbal, besingen auff dez heiligen chreytz alter in der vargenantanten frawen munster und schol man die leich fâr den vorgeantanten alter seczen und waz von mesfrûm oder von oppher auf demselben alter wirt derselben mezz, daz schol dem vargenantanten pfarrer gevalln; wer daz, daz im daran fürbaz dhain irrung geschech, so hat er gewalt daz er diselben leich wesingen mag dez ersten dacz sand Pauls. Swann aver oder wo ein leich mit unsern chor besungen wirt, so schol die pfarr dacz sand Pauls alleu ireu recht habn alz ir von unsern vorfadn pischolf Albr²⁾ seligen und von unsern capitel emaln verschribn ist. Daz daz also stet und unzebrochen weleib, geb wir in disen prief besigelt mit unserm anhangundem insigel, der da gegeben ist ze Pazzawe nach Christi gepârd tausend jar, dreuhundert jar darnach in dem vfr und vîrtzkisten jar an sand Mathie tag.

Regensburg.

Eine Mehrheit von Personalpfarreien gab es auch in Regensburg. Über die pfarrlichen Verhältnisse dieser Bischofsstadt berichtet uns der dortige Domherr Konrad von Megenberg in seiner Schrift „De limitibus parochiarum civitatis Ratisbonensis“³⁾ folgendes:

ehrte in Kaiser Heinrich dem Heiligen ihren zweiten Stifter. Möglicherweise war es zeitweilig Kanonissenstift; doch wird es von den Quellen unserer Zeit stets als Kloster Ordinis s. Benedicti bezeichnet.

¹⁾ Niedernburg-Passau, Fasz. 25. ²⁾ Albert I., regierte 1320—1342.

³⁾ Herausgegeben von Philipp Schneider, Regensburg 1906.

... Fuit autem huiusmodi sic facta distinctio parochiarum in civitate ratysponensi, ut homines proprii, scilicet servi et ancille illorum monasteriorum et collegiorum¹⁾ nec non emphyteote, feudatarii, locati et conducti in bonis eorum ad parochias pertinerent eorum, cum venirent ad civitatem vel si tales essent infra eandem. Et huius infallibile signum est: quod non secundum vicos et plateas civitatis distinguuntur limites huiusmodi parochiarum, sicut communiter consuetum est in aliis locis. Sed vir et uxor interdum sunt parochiarum diversarum. Et aliud signum est, quod partus in hiis sequitur ventrem; ita quod cuiuscunque parochie est mater, eiusdem sunt filii eius utriusque sexus, nepotes, pronepotes et sic semper descendendo secundum inveteratam consuetudinem illius loci usque in hodiernum diem. Nec illud deviare videtur a iure communi. Semper enim qui nascitur deterio-rem partem sumit XXXII. q. IIII. c. liberi. Ubi glosa: deterio-rem id est „debiliorem, quia femininus sexus debilior est“; sed quoad honores et insignia proles sequitur patrem ut ibidem. Idem patet de servis non ordinandis c. fi., de natis ex libero ventre c. unico ...²⁾

Noch eine andere interessante Mitteilung verdanken wir Konrad von Megenberg. Er berichtet, ein Pleban von S. Kassian, der bei dem Kollegiatstift zur Alten Kapelle bestehenden Pfarrei, habe folgende nach seiner Ansicht recht ungereimte Bemerkungen³⁾ in ein altes Missale seiner Kirche eingetragen:

... quod universi et singuli cuiuscunque condicionis aut nobilitatis existant, sive sint principes terre Babarie vel barones seu mini-

¹⁾ scilicet monasterii s. Emmerami, superioris et inferioris monasterii, s. Pauli monasterii, collegii veteris capelle. Hinsichtlich der Pfarreien des Klosters S. Emmeram und des Kollegiatstifts zur Alten Kapelle geht, wie bereits Schneider S. 75 hervorgehoben hat, Megenberg zu weit; sie waren mehr als bloße Personalpfarreien für die Eigenleute und Mietsleute jener Kirchen.

²⁾ Konrad von Megenberg a. a. O. S. 125f.

³⁾ Der Pleban erhält dafür denn auch ein paar recht wenig schmeichelhafte Epitheta: *Hec et multa alia scripsit quidam plebanus de s. Cassiano in librum missalem ibidem non in parvum preiudicium ecclesie parochialis in summo. Sed qui talia scripsit, in stilo fuit puer, ingenio rudis et in iure idiota. Nam querendum est ab eo, quid intelligat titulo proprie proprietatis. Utrum videlicet tales homines quos nominat homagia preestent fidelitatis ecclesie veteris capelle et sint vasalli eius seu feudatarii ipsius; et hoc ad experientiam patet esse falsum. Vel homines ligii eiusdem, ita quod sibi ad certa servitia sint ligati; quod evidenter ad oculos negat. Vel intelligit quod sint homines ipsius quo ad spiritualia et curam animarum, cum venerint in Ratysponam; et hoc non poterat sibi dare imperator Heinricus, cum hoc pertineat ad episcopum et capitulum eius; nam sicut*

steriales vel eciam plebs rusticana, indifferenter respiciant ecclesiam beate Marie, veteris capelle in Ratyspona tytulo proprie proprietatis. Et specialiter omnes ducum proprii Babarie, nobiles et ignobiles, divites et pauperes eidem ecclesie sint appropriati auctoritate imperiali quondam beati Heinrici imperatoris fundatoris ecclesie predicte. Et eciam quod eadem auctoritate omnes et singuli cuiuscunque condicionis aut nobilitatis existant ubicunque existant sive laici sive clerici pertinentes ad ecclesiam et dyoecesim Bambergensem proprie respiciant ecclesiam veteris capelle supradictam.¹⁾

Die Art und Weise, wie der Kanonist Megenberg die Entstehung dieser Personalpfarreien zu erklären versucht²⁾, interessiert uns hier nicht. Wir begnügen uns damit, aus seinen oben wiederholten Ausführungen die Tatsache festzustellen, daß jedenfalls die drei Frauenmünster, Obermünster, S. Paul (Mittelmünster) und Niedermünster, Personalpfarreien für ihre Insassen, Untertanen und Grundholden besaßen, und daß der Pleban von S. Kassian pfarrliche Rechte über bestimmte Klassen von Personen beanspruchte.

Paderborn.

Hier besaß das von Bischof Meinwerk in der ersten Hälfte des 10. Jahrhunderts im suburbium seiner Bischofsstadt gegründete Kloster Abdinghof eine Personalpfarre, die sich auf die *homines ad monasterium pertinentes aut in possessione eius degentes et hospites* erstreckte.³⁾ Ein Vergleich, der zwischen dem Kloster und den Pfarrern der Stadt

imperator dividit vel unit provincias, ita papa dividit et unit episcopatus et metropoles et episcopus ecclesias parochiales dividit et unit in dyoecesi sua sicut patet X di. c. 1 de excessibus praelatorum . . . a. a. O. S. 129f.

¹⁾ A. a. O. S. 129. Daß die von dem Pleban beanspruchten Pfarrrechte von Kaiser Heinrich II., der das Kollegiatstift zur Alten Kapelle neu begründete und 1009 der bischöflichen Kirche in Bamberg schenkte, wirklich verliehen worden sind, ist nicht anzunehmen. Dagegen dürfte die Pfarrei selbst doch auf ihn zurückgehen; vgl. MG. Dipl. III, p. 29 n. 26: *in urbe Radesponensi in curte regia quondam capellam, quam olim Veterem vocabant, in honore s. dei genitricis Mariae a fundamentis in matrem ecclesiam erexitimus.*

²⁾ S. 124 ff.

³⁾ Als *parochia Abdinghoffensis* bezeugt 1269: Westfälisches Urkundenbuch IV 3 S. 579 Nr. 1175.

Paderborn im Jahre 1234 zustande kam¹⁾, zeigt indessen, daß sich die Klosterpfarrei nicht im Vollbesitz sämtlicher pfarrlicher Rechte befand; man kam nämlich überein:

... ut ministeriales, censuales et litones eiusdem ecclesie [s. Petri et Pauli in Abdinghof] cum ex hac vita migraverint, dicta missa in parochiali ecclesia, in qua usque ad interitum residentiam habuerunt, postea ad ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli sepeliendi deportentur, ibidem in commemoratione tricesimo et anniversario peragendi. Sed si preter hec ipse mortuus in vita vel parentes eius post mortem tricesimum aut anniversarium vel eciam alia in parochiali ecclesia decreverint peragenda, dominus abbas et conventus non habent contradicere. Quicumque eciam fidelium, nullo iure ad predictam ecclesiam pertinentes, apud eam sepulturam elegerint, peractis exequiis cum vigiliis et missa in parochiali ecclesia ad ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli deportentur, ita quod tricesimus et anniversarius in parochiali, unde transportati sunt, peragatur. Sed si in ecclesia sanctorum apostolorum Petri et Pauli fideles Christi eciam commemorationem suorum in tricesimo et anniversario vel in aliis facere volunt, non sunt avertendi. Possunt eciam alias sepeliendi in civitate defuncti ad sepedictam ecclesiam deferri, ut eis ibi missa celebretur, sicut antiqua fidelium habuit consuetudo. Insuper domus pistoris fratrum eiusdem ecclesie, sive sit propria vel conducta, in quacumque parochia fuerit, cum tota familia cedet eidem ecclesie, sicut relique officine ...

Bremen.

In einem Notariatsinstrument aus dem Jahre 1348²⁾ sind uns die Aussagen von sechs Zeugen erhalten, die diese in einem Rechtsstreit zwischen dem rector der Kapelle des h. Willehad zu Bremen und den beiden perpetui vicarii chori der dortigen Domkirche am 7. und 8. April des genannten Jahres machten. Die Streitfrage war die:

an ... familia dominorum canonicorum ecclesie Bremensis ... clerici et laici, ac scolares de dormitorio et scolares frequentantes, necnon illi qui in libertate dominorum ipsius ecclesie, que vulgariter up der vryheyt dicitur, commorantur et utrum omnes et singuli vicarii ecclesie Bremensis predictae et eorum familia spectant ad capellam s. Willehadi Bremensis predictam et an ibi ecclesiastica sacramenta recipere debeant et teneantur vel in ecclesia Bremensi supradicta, et

¹⁾ Vollständig gedruckt Westf. U.-B. IV 1 S. 152f. Nr. 230.

²⁾ Vollständig gedruckt: R. Ehmck und W. v. Bippen, Bremisches Urkundenbuch II, Bremen 1876, S. 551—555 Nr. 575.

an iam prenominati spectant ad ipsam ecclesiam maiorem et ibidem ecclesiastica recipere debent sacramenta et utrum baptisterium consueverat esse in ipsa capella s. Willehadi prelibata.

Es handelte sich demnach um das Recht, an bestimmten Klassen von Personen kirchliche Handlungen vorzunehmen, mit andern Worten pfarrliche Befugnisse ausüben zu dürfen, und zwar stand dies, wie wir aus den Angaben der Zeugen mit ziemlicher Sicherheit entnehmen können, dem rector der Willehadikapelle ¹⁾ zu; immerhin ist zu bedauern, daß die Zeugen, deren Aussagen wir besitzen, alle von derselben Seite aufgeboten sind, nämlich von dem genannten rector, uns also vielleicht einseitig unterrichten. Wir lassen ihre Angaben im Auszuge hier folgen.

Der erste von ihnen, *Borchardus rector ecclesie in Ride*, bezeugt:

Ultra quadraginta et quinquaginta annos familia predictorum dominorum consueverat apud capellam s. Willehadi predictam recipere ecclesiastica sacramenta et de aliis dicit si nichil scire; dixit etiam quod antiquitus ibi fuerat baptisterium, antequam turris esset combusta.

Bedeutend mehr weiß der zweite Zeuge, *Fridericus dictus Berkreghe, perpetuus vicarius in ecclesia s. Willehadi*, zu berichten:

Se a quinquaginta annis et ultra scire, quod tota familia dominorum canonicorum ecclesie Bremensis, clerici et laici, recipere debent et consueverunt ecclesiastica sacramenta apud capellam s. Willehadi Bremensis prenominatam; item dixit, quod scolares in dormitorio et nihilominus scolares frequentantes scholas apud ipsam ecclesiam Bremensem idem facere debeant; item dixit quod omnes commorantes in libertate dominorum canonicorum predictorum, que up der frigheyt dicitur, et omnes vicarii ecclesie Bremensis predictae apud eandem capellam ecclesiastica recipere debeant sacramenta; item dixit, quod familia vicariorum commorantium up der frigheyt etiam teneantur apud eandem capellam recipere ecclesiastica sacramenta, sed vero familia ceterorum vicariorum up der frigheyt non commorantium reci-

¹⁾ Bereits 1287 hatte diese Kapelle das Begräbnisrecht erhalten für alle in Bremen versterbenden Fremden, mit Ausnahme der bei der Marktkirche zu bestattenden Personen, die *mercandi gratia* dorthin gekommen waren, ebenda I S. 478 Nr. 438, bestätigt und erläutert 1319, ebenda II S. 199 Nr. 195.

pere debent ecclesiastica sacramenta in ecclesiis, in quarum parrochia commorantur; item dixit, quod omnes officii ecclesie Bremensis predictae, clerici et laici, debeant apud dictam capellam ecclesiastica recipere sacramenta; item dixit, quod omnes vicarii et officii predicti eiusdem ecclesie Bremensis, quando eos mori contingerit, debent apud eandem ecclesiam s. Willehadi presentari et peragi, sed apud ecclesiam Bremensem maiorem sepeliri. Dixit etiam, quod in dicta capella s. Willehadi fuit antiquitus baptisterium et illud destructum fuerat per combustionem, quando turris ipsius capelle conburebatur, sed postea ad baptizandum pueros commorantes up der vrigheytt posita fuit una tina in cripta superiori, de qua fuit factum baptisterium et aliquotiens ad baptizandum illos pueros capellanus ecclesie s. Marie Bremensis vocabatur.

Cristianus, rector ecclesie in Ogtmunde, sagt also aus:

Se in tantum scire quod ultra triginta annos audivit et vidit, quod omnis familia dominorum canonicorum ecclesie Bremensis supradictae, clerici et laici, apud vel in dicta capella videlicet a rectore ipsius receperunt ecclesiastica sacramenta et quod ibidem ipsa familia consueverat sepeliri; item dixit, quod ipse deponens fuerat quondam in dicta capella vicereceptor et quod sepius quosdam de familia in curiis habitationum dictorum dominorum canonicorum decumbentes ministravit ecclesiastica sacramenta et etiam quam plurimos dum eos mori contigeret, ad humandum terre commendavit seu sepelivit; item dixit, quod clerici dormitoriales et scolares apud ipsam ecclesiam maiorem scolas frequentantes, sani et infirmi, a rectore ipsius capelle s. Willehadi consueverunt recipere ecclesiastica sacramenta et dum eos mori contigerit, ad dictam capellam presentari et peragi consueverunt et apud ecclesiam maiorem sepeliri; item dixit, quod omnes commorantes up der frigheytt, senes et iuvenes, divites et pauperes, a rectore ipsius capelle teneantur recipere ecclesiastica sacramenta et, cum ipse quondam fuerat vicereceptor ipsius capelle, ut premissum est, predictis omnibus et singulis ecclesiastica sacramenta ministravit. Dixit etiam se pluries audivisse, quod omnes et singuli vicarii et officii ecclesie Bremensis predictae a rectore dicte capelle recipere debeant ecclesiastica sacramenta et ibidem mortui presentari et peragi, sed apud ecclesiam maiorem sepeliri. Item interrogatus, si recordaretur, quod in dicta capella fuisset baptisterium, dixit se non recordari, sed pluries audivisse etiam in iuventute sua, quod ibidem quondam fuerat baptisterium, antequam turris conburebatur ipsius capelle prelibate; de aliis dixit se nichil scire nisi ex communi (?) fama. Item dixit, quod familia vicariorum ipsius ecclesie Bremensis commorantium up der frigheytt, quod etiam teneantur recipere ecclesiastica sacramenta a rectore capelle s. Willehadi prenarrate, sed familia ceterorum vicariorum non up der frigheytt, sed alibi commorantium ipsa in parrochia, ubi commorantur, ecclesiastica recipient sacramenta.

Der nächste Zeuge, *Henricus Meynwardi, perpetuus vicarius ecclesie Bremensis*, deponierte folgendes:

Quod quadraginta annis et ultra omnis familia dominorum canonicorum, clerici et laici, etiam nullis exceptis et clerici in dormitorio et clerici frequentantes apud ecclesiam maiorem et officii ecclesie eiusdem et omnes habitantes up der frigheyt consueverunt ecclesiastica recipere sacramenta apud capellam s. Willehadi et ibidem sepeliri, exceptis clericis et scolaribus, qui presentabantur prius apud eandem capellam s. Willehadi et sepeliebantur apud ecclesiam maiorem, et dixit, quod sic semper vidit fieri nec contrarium vidit usque ad mortem Nyeland, qui quondam fuerat filius domini Tiderici de Brema, quem fecit sepeliri apud ecclesiam maiorem et quod dominus Johannes Albus, tunc vicerektor capelle s. Willehadi, propter predicta de domino Tiderico querimonias deposuit coram capitulo et quod dominus Tidericus indignatus procuravit per capitulum ordinari, quod de cetero familia eorum vestiti pultis (?) pannis debent sepeliri apud ecclesiam maiorem. Item dixit quod hospites et divites, videlicet commorantes in domibus Nicolai Cornepage et Gerhardi de Syden et ceterorum divitum iuxta cimiterium ecclesie maioris, sepeliebantur apud ecclesiam maiorem, postquam presentati fuerint apud s. Willehadum; item dixit quod omnes vicarii debent presentari apud s. Willehadum et apud ecclesiam maiorem sepeliri, sed ecclesiastica, ut opinatur, recipere sacramenta in eadem capella s. Willehadi, sed non certitudinaliter sciret. Etiam interrogatus de baptisterio respondit, quod, ut recordaretur ibi fuisse baptisterium, sed ut audivit illud fore destructum per combustionem turris.

Helmicus, gleichfalls *perpetuus vicarius in ecclesia Bremensi*, berichtete:

Quod quadraginta octo annis et ultra tota familia dominorum canonicorum, clerici et laici, et omnes scolares frequentantes consueverunt ecclesiastica sacramenta recipere apud capellam s. Willehadi et ibidem mortui presentari, exceptis illis, qui elegerunt alibi sepeliri, et illi, postquam fuerant in capella s. Willehadi presentati, sepeliebantur ibi, ubi sepulturam elegerunt, et similiter familiares dominorum canonicorum, quos volebant sepelire apud ecclesiam maiorem vel alibi, presentabantur prius in capella supradicta. Simili modo dixit de officiatibus et de illis, qui commorantur up der frigheyt. Dixit etiam de clericis dormitorialibus, quod ut credit, quod debeant recipere et consueverunt ecclesiastica sacramenta in capella s. Willehadi. Item interrogatus de vicariis ecclesie maioris dicit, ut credit, quod debeant recipere ecclesiastica sacramenta in ecclesia maiori propter obedientiam factam decano. Dicit tamen, quod vicarii, postquam mortui fuerant, debeant presentari in capella s. Willehadi et apud ecclesiam maiorem sepeliri, et sic semper vidit fieri. Interrogatus etiam de baptisterio, dicit se

audivisse, fuisse antiquitus baptisterium in capella predicta ante cremationem turris, dicit tamen, quod non recordatur se vidisse.

Zuletzt wurde *Hinricus Nût, laicus et officiatuſ ecclesie Bremensis*, vernommen; er gab folgendes an:

Se vidisse, quod tota familia dominorum canonicorum recepit apud capellam s. Willehadi ecclesiastica sacramenta et, quando mortui fuerint, omnes presentabantur ibi et sepeliebantur ibidem, exceptis indutis pulvis (?) vestibibus, qui quandoque sepeliebantur apud ecclesiam maiorem. De scolariſ de scola dicit se nichil scire. Item de scolariſ dormitorii dixit se aliud nescire, nisi quod sepeliuntur apud ecclesiam maiorem. Similiter dicit de officiatuſ ecclesie eiusdem, et de vicariis et de commorantibus up der frigheyt nichil scire. Item interrogatus de baptisterio, utrum antiquitus fuisset baptisterium in capella predicta, respondit, quod sepius audiverat ibi fuisse baptisterium, sed non recordaretur.

Stifts-Personalpfarreien verbunden mit örtlich begrenzten Sprengeln.

Eine Verbindung von Personalpfarreien mit kleinen örtlich begrenzten Sprengeln, wie wir sie in Bremen hinsichtlich der „Freiheit“, d. i. des Immunitätsgebietes der Kathedrale, beobachten konnten, tritt uns auch bei mehreren Stiftspfarreien entgegen, auf die Karl Heinrich Schäfer erstmals hingewiesen hat, z. B. in Gandersheim¹⁾ und in Vreden; so erfahren wir aus einer anlässlich eines Streites zwischen Stift und Stadt Vreden 1485 verfaßten Aufzeichnung über die Rechte und Gewohnheiten des dortigen Kanonissenstiftes²⁾: *Omnes et singuli libertatis famuli utriusque*

¹⁾ Schäfer, Kanonissenstifter S. 77⁴ nach Leuckfeld, *Antiquitates Gandersheimenses*, Wolfenbüttel 1709, p. 122; ob man aus dem Ablassbrief von 1299 folgern darf, daß damals nur der Altar des h. Stephanus der Stiftskirche, noch nicht aber die Georgskirche pfarrliche Rechte besessen habe, scheint mir zweifelhaft, obwohl auch ich die Stiftskirche für die ursprüngliche Pfarrkirche halte.

²⁾ Fr. Tenhagen, *Der Pfarrkirchenstreit zwischen Stift und Stadt Vreden*, *Zeitschrift für vaterländische Geschichte und Altertumskunde (Westfalen)*, II, Münster 1891, I. Abt. S. 142. — Auch bei den Kanonissenstiftskirchen zu Essen, Kaufungen und Geseke haben nach Schäfer a. a. O. S. 114⁷ Personalpfarreien bestanden; die darüber angeführte Literatur war mir nicht zugänglich. Ob die engeren Stiftspfarrden der Kölner Kollegiat- und Kanonissenstifte, die auch Schäfer, *Pfarr-*

sexus, vulgariter denstlude nuncupati, atque feudales et feodalia a dicta domina abbatissa habentes et recipientes communicant in collegiata ecclesia et post obitum eorundem fient exequie in eadem collegiata . . . quamvis etiam sub filia degunt et morantur. — Item omnes similiter et eodem modo fit in emunitate habitantibus.

Osnabrück.

In einer Urkunde aus dem Jahre 1147¹⁾ teilt uns Bischof Philipp von Osnabrück einiges über die pfarrlichen Verhältnisse seiner Bischofsstadt mit, er berichtet: *fuit quondam et usque ad tempora nostra perduravit inter canonicos b. Petri et s. Iohannis pro terminis parrochię quędam gravis pestis discordię . . . elaborato assensu utriusque partis terminos confuse parrochię . . . distinximus . . .: Heltage, Vockestorpe [folgen noch viele andere Namen] has villas prenominate extra civitatem minori [= s. Iohannis] ecclesie in parrochiam destinavimus; in civitate usque ad domum Hildradi et ad oppositam domum Arnoldi terminos parrochię extendi concessimus: hoc determinato, quod ministeriales et liberos eorumque filios et filias in prediis suis degentes sive in aliis quibuscumque mansionibus agriculturam exercentes de prescriptis villis maiori ecclesie assignavimus, reliquos de eisdem villis, liberos sive advenas sive indigenas non habentes mansiones certas minori ecclesie addiximus, eos vero liberos, qui predictum civitatis terminum inhabitant, universaliter sine determinationis signo etiam minori ecclesie cum suis ministerialibus permisimus.*

Die Pfarreien des Domes und der Kollegiatkirche S. Johann stellten demnach weder ausschließlich örtlich begrenzte Parochien, noch reine Personalgemeinden dar. Doch waren für die Bestimmung der Pfarrzugehörigkeit des einzelnen

kirche und Stift S. 30 erwähnt, Personalpfarreien oder örtlich umgrenzte Immunitätspfarreien (zu diesen gehörten anscheinend die Pfarreien der Mainzer Stifte Liebfrauen, S. Johann, S. Mauritius, S. Stephan) waren, konnte ich bisher nicht feststellen.

¹⁾ F. Philippi und M. Bär, Osnabrücker Urkundenbuch, 1892 bis 1902, I S. 222f. Nr. 276.

nur wenige und einfache Unterscheidungen maßgebend. Bedeutend umständlichere Regeln dagegen enthalten eine etwa ein Jahrhundert jüngere, zur Regelung der Rechtsverhältnisse zwischen dem Dom einerseits und den beiden Pfarrkirchen S. Maria und S. Katherina andererseits erlassene Verordnung Bischof Brunos¹⁾ und eine demselben Zwecke dienende Begräbnisordnung aus dem Jahre 1278.²⁾

Wenn in diesen beiden Urkunden, die wir unter Weglassung der einleitenden Sätze und der Schlußformeln hier folgen lassen, die Pfarrei des Johannisstiftes mit keinem Wort erwähnt wird, so hat das seinen Grund wohl in dem Umstand, daß deren Verhältnis zur Dompfarrei bereits durch die Urkunde von 1147 geregelt war, diese also auch nach den Verordnungen von 1254 und 1278 Rechtskraft behielt.

1. Bischof Bruno bestimmt 1254:

Oves pastorum, que in parrochiis s. Mariae et s. Katerinae comorantur, propriis pastoribus confitebuntur, qui si per se ad ipsas audiendas non suffecerint, de ipsorum assensu et rogatu alios dominus episcopus confessores adiunget; eodem modo, cum communicandum fuerit, a suis pastoribus vel eorum adiunctis communicabunt. Si vero in dictis parrochiis aliquem infirmari contigerit, pastor parrochiae primo loco visitabit et communicabit infirmum. Postmodum, si infirmus crucem³⁾ affectaverit, custos crucis ipsum visitabit et, si infirmus voluerit, secundo facta confessione communionem recipiat, non in preiudicium pastoris, sed propter antiquam consuetudinem a civitatensibus hactenus observatam. Sepeliendos vero prefati pastores sanctarum Mariae et Katherine omnes infra septennium constitutos per totam civitatem in suis cimiteriis sepelient; item servos et ancillas

¹⁾ Philippi u. Bär, Osnabr. U.-B. III S. 79f. Nr. 106; Datum: 1254 (1253) März 15.

²⁾ Ebenda III S. 435ff. Nr. 617; Datum 1278 (1277) Februar 23. Über die verfassungsgeschichtliche Bedeutung der Urkunden vgl. F. Philippi, Verfassungsgeschichte der westfälischen Bischofsstädte, 1894, S. 46—49.

³⁾ Mit dem altare s. crucis, der gewöhnlich in der Mitte des Gotteshauses, zwischen Chor und Schiff stand, war in vielen Dom- und Stiftskirchen die pfarrliche Seelsorge verbunden. In der Expositio der Begräbnisordnung von 1278 wird der Dompfarrer als *rector primi altaris* bezeichnet, ein Ausdruck, der auch anderwärts in der gleichen Bedeutung öfters vorkommt.

conducticias et familias adventicias iidem pastores sepelient. Inunctiones vero et sepulturas ministerialium et burgensium, quorum progenitores aput ecclesiam maiorem sepulti sunt, maior ecclesia, sicut hactenus habuit, sine contradictione habebit.

2. Die Begräbnisordnung von 1278 setzt fest:

